



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 10. Felices Sueciae Regis progressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

neque
e ob-
um ra-
m Til-
& mu-
n man-
orum-
dinem.
b ipsi-
ditum
m spa-
am &
is vio-
& Cæ-
gendi-
dente.
facies:
uit, ne
esi ci-
ocens
od re-
n con-
t, mi-
atibus
quam-
metu-
bfum-
victor-
ierat,
naque
non-
eva-
denti-

dentibus, præter illos, qui ad Basili- Sæc. XVII.
cam Beatæ Virginis, quam paulo ante A.C. 1631.
horrendis contumeliis affligerant, con-
fugientes, jussu Tillii servabantur. Ad-
ministrator vero tot malorum Auctor
plumbea glande secundum tibiam Iæsus
& capite fauciis in Papenheimii ten-
torium, indeque Wolmerstadium ca-
ptus abducebatur. Ceterum Tillius
sedato militum furore in eodem B. Vir-
ginis Templo, quod incendium eva-
rat, soleinne sacrum haberi præcepit,
Deo victiarum auctori grates repen-
furus, eoquod potenti brachio horum
civium pertinaciam fregisset, Iæsum-
que Nominis sui honorem vindicasset.

§. X.

Felices Sueciæ Regis progressus.

Tam inopina Magdeburgi clade Sue-
ciæ Rex vehementer perculsus, *Brachel. l. c.*
totam culpam in ipsos cives, necnon
Saxonem & Brandenburgicum Electores,
eoquod hi petita eidem subsidia con-
ferre cunctati essent, rejicit, necnon
Haffiæ & Vinariæ Ducibus sibi foedere
junctis, Brandenburgicum directis in Re-
giam tormentis adegit, ut Spanda-
vium toto belli tempore eidem relin-
queret, ac per totum Electoratum li-
beram commeandi facultatem conce-
deret.

Sæc. XVII. deret. His peractis Gustavus Sedinus
A. C. 1631. profectus de Gipswaldia per Todum
 expugnata lætus nuntium exceptit;
 paulopost septem Cæsareis legionibus
 Wolmerstadii & Grumbergæ cæsis,
 Sueci Tangermundam & Havelbergam
 ditione ceperunt; vicissim vero Cæ-
 sarei Corbum urbem nocturna irruptio-
 ne occuparunt.

§. XI.

*Germaniæ superioris Ordines ad re-
 nuntiandum fæderi Lipsiensi a
 Tillio compulsi.*

Annal. Boic. Cum interea Sueciæ Rex ex Anglia
Adlxr. part. Scotia, & Belgio subsidiariis co-
 3. l. 16. piis, necnon ex Francia pecuniis au-
Calmet hist. geretur, immo ipsa etiam Sueciæ Regi-
Eccl. &c. ci- na Sedino recentem militem adduce-
vi.. de Lor- rain. tom. 3. ret, Cæsar Mantuano bello pene per-
rain. tom. 3. ret pag. 207. acto, ex Italia suum exercitum, ducto-
 re Egone Comite Fürstenbergio in Ger-
 maniam revocavit, ut Protestantes, qui
 spretis monitis, minisque Lipsiensi fæ-
 deri institerant, ad obsequium reduce-
 ret. Postquam igitur Fürstenbergius
 cum copiis suis in Sueviam penetraverat,
 mox Memingenses, Campidunenses, &
 Ulmenses metu territi a præfato fœde-
 re recesserunt. Inde Fürstenbergius mor-
 vit in Wirtenbergiam; computum e-
 nim